



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Quid ενδοσιμον.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

videretur, cum dicit, homines egregè discere, & à doctis facillè in errorem induci, &c.

Quid Rami, siue Ramosum.

Tertia appellatur *Ὀψὶς*, *Rami*. Quid sint verò, nullus, quem sciam Rhetorū meminit. Ego si liceat conijcere, existimari *Ramos* appellari exordium, quod in varia subinde exordia, quasi in ramos funditur. Nam Vlpianus in orationibus Demosthenis, ad tria, aut quatuor plerumque notat exordia, quem numerum (inquit) non solent excedere oratores, nisi valde insaniant. Tale videretur exordium Ciceronis in oratione pro Muræna, in qua, ut causa erat grauissima, & varia ab aduersarijs conflata erant impedimenta, necesse fuit omnia amplo illo, & veluti ramofo exordio amoliri.

Quid ἐνδοσίμων.

Alia præterea exordiorum nomina citantur a Rhetoribus. *Ἐνδοσίμων* meminit Aristoteles l. 3. c. 14. Quod specialius cadere videtur in demonstratiuum genus, ut sit proœmium exornatiuum, ducta metaphora à Citharœdis. Nam auspiciatus Rhythmi, vel melodix, & præscriptum, quod datur ab ipso chorodidascalo, cui accinere chorum oportebat, nominatur *ἐνδοσίμων*, ἀπὸ τῆς ἐνδοσίμου, quod gratuitò concederetur.

Quid carceres.

Affertur & *βαλῆς*, id est, carceres, pro prima parte exordij: sed hoc metaphoricum nomen est, omnibus initijs commune. Et Antiphon in oratione *περὶ ὁμονοίαι*, *βαλῆδα* τὴν ἀρχὴν dixit. Quid sit proprie, explicat Harpocration in voce *βαλῆς* ἢ γὰρ ὕπο τὴν ὑσπληγγα γινομένη, γραμμὴ, διὰ τὸ ἐπὶ ταύτης βεβηκέναι τοὺς δρομέας, *βαλῆς* καλεῖται. Linea ad carceres, in qua consistebant cursores. Transiit Lycophron ad exordia orationis per allegoriam.

Antiph. in orat. de concordia. Harpocr. in lexico 10. Rhet.

Lycobh. in Cassand.

Εγὼ δ' ἀκρὰν βαλῆδα κερὶνθ' ἰσχάσας,
Ἀνεμι λοζῶν εἰς διέσδοξ' ἰταῶν,
Πρωτῶν ἀράζας νόσταν ὡς πῆλως δρομῶς.
Ego verò lineam extremam soluens à funiculo,
Aggrediar obliquorum cursu verborum,

Prima pulsauit repagula, ut alatur cursor.

Alia diuisio exordiorum.

Hermogenes lib. 1. de inuentionibus variorum proœmiorum meminit, quorum vñ dicitur *ἔξ ὑπολήψεως* ex opinione. Alterum *ἀπὸ χρόνου*, ex tempore. Tertium *ἐκ περιστάσεως* ex abundantia. Quartum *ἔξ ὑποδιαίρεσεως* ex subdiuisione.

Quid exordium ex opinione.

Proœmium ex opinione, sit cum pro statu rerum, & opinione hominum, exordimur. Ut si negotium lætum, & hilares habeamus auditores, ita incipiamus dicere: *Ὀρῶν ἢ ὑμῶς, ὡς ἀνδρες δικασαί, χαίροντας ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις, καὶ χάριν γενώσκοντες τῶν δειῶν*. Video equidem vos (iudices) prospero rerum successu letari, Deoque gratias agere, atque habere immortales.

Exordium ab opinione.

Si contra res tristis, & funesta, deiectos, atque dolore percussos ostendat auditores, sic (inquit) exordire. *Ἐπειδὴ καὶ ὑμῶς ὡς ἀνδρες δικασαί, τὸ τετολμημένον ἐνεκινεθῶ καὶ ἀχθομένους, καὶ ληλωτημένους*. Quando vos video Iudices, ob ea, qua nuper patrata sunt, in magno dolore, iustitiaque versari, &c.

Tale illud est Ciceronis in quarta Catilinaria. Video P. C. in me omnium vestrum ora, atque oculos esse conuersos. Video, vos, non solum de vestro, ac reip. verum etiam, si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos, &c. cat.

Ad hoc genus pertinent purgationes suspitionum, & præiudiciorum, à quibus sæpissimè exordia ducuntur: cum industrij sit Oratoris, antequam ad causam accedat, impedimenta omnia disturbare, & sinistram opinionum fibras, si que sunt, euellere, ut, tacta est de cælo Periclis statua. Hanc ob rem decernit quispiam, nomen illi Olympij, siue Cælestis, quo antea appellabatur, detrahendum. Sic (inquit) exorditur ad eleuandam suspitionem, qua ex æmulatione, & inuidia in Periclem le qui videretur.

Pulmen iustitiam.

Olympij nomen Periclis.

Exordia purgationis.

Ὅσκι ἐχθρας ἐνεχεῖ ὡς ἀνδρες ἀβλυαῖοι, τὸ πρὸς συσπίσιον περικλέα τὴν συμβεβηκὴν ταύτῃ ἐπισησάμενοι, ἀλλ' εὐνοίας πλέον, δεδοικώς μὴ τι παρὰ τῶν δειῶν ἀνθρακῶν πάθῃ. Non equidem ini-